UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]ctis q[ua]draginta rusticis mar. Ca. cxxvij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

tibus plenam immitti fecit: vt ibi fame ⁊ repti-
lium morſibus deficeret. Que ab angelo cōfor
tata ⁊ ſerpentibus interfectis ibidem diebus.
xiiij. ſine cibo permanſit. Deinde decius pedes
eius ſecari fecit. Sed continuo ab angelo ei
reſtituti ſunt. Poſt hec de conſilio hipparchi
comitis ſub rota molēdini ligat̃ ⁊ aqua laxat̃:
ſed mox aque diuidunt̃: vincula eius rūpunt̃:
rotaq; ꝑmanſit immobilis: ⁊ virgo ſurrexit in-
columis: vn̄ ⁊. vij. milia paganorū cōuerſi ſunt:
⁊ lapidātes deciū ex vrbe deiecerūt: q̄ poſt dies
modicos ꝓpter ictus lapidū expirauit. Filius
autē noīe ſapor mortē patris vindicare cupiēs
cū exercitu ciuitatē obſedit: ſed dū virgo ſtetiſ-
ſet in porta hoſtes oēs excecātur: et iterū eius
orationibus illuminant̃. Sapor ꝟo vrbē ingreſ
ſus ꝯfixis clauis in calcaneis virgis eidē īpo-
ſuit maſſaȝ quā portare fecit ad ſeptē miliaria.
Cūq; illeſa rediſſet triginta milia hominū con
uerſi ſunt. Sapor ꝟo a diabolo oppreſſus expi
rauit. ¶ Poſt hec veniēs theotim⁹ p̄ſbyter pa-
rentes virgis ⁊ ppl'm baptizauit: ⁊ eos in fide
diligēter inſtruxit. Poſt annos ꝟo tres veniens
virgo ad ciuitatē calanicū tēta eſt a numeriano
rege pro xp̄i nominis cōfeſſione. A quo in tres
boues eneos ignitos ſucceſſiue incluſa cum
permāſiſſet illeſa: ⁊ terti⁹ bos ac ſi viu⁹ caloreȝ
ſentiēs: mugiēs diſcurreret decē milia gēti-
liū cōuertūtur. Huic mortuo rege p̄dicto a pre-
tore quodā in igne miſſa cū exiſſet tā membris
ꝙ veſtibus inuſta pretorē conuertit. ¶ Huic ad
vrbē cōſtātianā deueniens ramūq; oliue defe-
rens dieb⁹ octo ꝑmāſit ibidē: ⁊ multos ad fidē
adduxit. ¶ Inde ad niceā accedēs saporē quē
dam regē cum multis de ppl'o xp̄o acq̄ſiuit: vbi
dieb⁹. lxxviij. permāſit. Poſt hec ad vrbē ꝓpriā
rediens patrē defunctū repperit: ⁊ diebus ali-
quib⁹ ibi degēs matrē in dn̄o confortauit. No-
uiſſime ꝟo diuina ꝟtute aſſumpta epheſum de
ducit̃: vbi multis oſtenſis miraculis ⁊ plurimis
dn̄o lucrat̃ꝫ poſt dies. xv. aſſumpto apeliano di
daſcalo ſuo cum alijs. vi. viris vrbe exiuit: vbi
nouū ſepulchrū repperit. In quo ſe includi fe
cit: ⁊ vt poſt dies. iiij. ad ſe redirent mādauit.
Qui ad terminū reuerſi: amotoq; lapide ſepul
chrum vacuū inuenerunt. Cuius feſtum agitur
iiij. non̄. maij. quo vicȝ die ſepulchrū intrauit.

¶ De ſancta Antonia virgine
⁊ martyre. Cap̄. cxxiiij.

Antonia virgo apud nico
mediaȝ paſſa eſt
que nimiū torta
et varijs affli-
cta cruciatibus: poſt ab vno
brachio tribus diebus ſuſpen
ſa: deinde in carcere biennio
detruſa a priſcilliano preſide nouiſſime flam-
mis exuſta eſt. iiij. non̄. maij. Hec hieronymus
in martylogio.

¶ De ſctis ſiluāo ep̄o ⁊ ſocijs mar. Ca. cxxiiij.

Siluanus ep̄s cum
ſocijs ſuis in paleſtina ciuita te
gaza martyriū paſſus ē. Hic em̄
cū eſſet ep̄us tyri phenicis ⁊ an-
nis fere quadraginta ſacerdotio funct⁹ fuiſſet
ſub perſecutione maximiani īperatoris vir mā
ſuetudine animi ⁊ ip̄a iā ſenectute venerabilis
cum plurimis clericis ſuis ⁊ tribus iuuenibus
xp̄ianis beſtijs ſubiecti hoſtia xp̄i effecti ſunt:
ſicq; martyrio coronati. iiij. non̄. maij.

¶ De ſctis quadraginta martyrib⁹. Cap̄. cxxv.

Quadraginta marty
res ſub perſecutione diocletiani
apd̄ caſtrū lauriacū paſſi ſunt agē
te preſide aquilino: de quibus ſu-
pra in paſſioe ſancti floriani mar-
tyris actū eſt. Qui ab eodē preſide poſt varia ⁊
exquiſita eis illata ſupplicia: vinculis duris ar
tati in carcerē miſſi ſunt. Quoꝝ paſſionib⁹ flo-
rianus martyr p̄dictus ad martyrij tollerantiā
animatus eſt. Qui omnes dudum recluſi et in-
edia afflicti: tandem in carcere ſpiritum tradi
derunt. iiij. non̄. maij.

¶ De ſctis alijs quadraginta mar. Ca. cxxvi.

Quadragita alij ſan
cti martyres in metallo phanēſi
paſſi ſunt: de q̄bus ſcribit euſe-
bius. viij. lib. eccleſiaſtice hyſto
rie ca. xiiij. ꝙ tēpore perſecutio
nis diocleciane omnes inſimul pro chriſti no-
minis ꝯfeſſione capite ceſi ſunt. iiij. non̄. maij.

¶ De ſctis q̄dragīta ruſticis mar. Ca. cxxvij.

Quadraginta ruſtici
martyres tēporib⁹ gregorij pape
primi martyrium paſſi ſunt: qui a
lōgobardis capti carnes immola
ticias comedere compellebātur.
Cūq; dudū reſiſterēt poſt multas cōminatiōes
eiſdē a longobardis illatas: fideliter perſtite-
runt: ac in ſua conſtantia ſimul oēs gladijs ceſi
ſunt. Hec gregorius. ij. dialogo. cap̄. xxvij.

¶ De Aſcenſione dn̄i nr̄i ieſu xp̄i. Cap̄. cxxviij.

Aſcenſio dn̄i
die quadrageſimo a re
ſurrectiōe ip̄ius facta
eſt. Nam in ip̄a die dn̄i
diſcipulis bis appa-
ruit: ſemel. xi. diſcipu-
lis comedētib⁹ in cena
culo. Omnes quidem
tā ap̄li ꝙ alij diſcipuli